


05

A

356



COLLEGII LOGICI DISPUTATIO VIII.

De
FIGURIS ET FORMIS SYLLOGISMORUM,
Item de
FUNDAMENTIS DISCURRENDI, ET REGULIS
SIVE LEGIBVS CONSEQUENTIARVM, EX-
POSTIONE, ET REDVCTIONE
SYLLOGISMORVM.

Quam
D. T. O. M. A.

In alma Leucorea
PRAESIDE
Viro Clarissimo & Excellentissimo

DN.M. JOHANNE SCHARFIO
Logicæ & Metaphysicæ P.P. Præceptore, Promoto-
re ac Fautore suo multis nominibus,
statèm suspicioendo,


Publicè

ventilandam proponit

JOHANNES ADAMUS SAHERUS
CULMBACO - FRANCUS.

Ad diem 29. Augusti horis pomeridianis in Auditorio minore.

WITTEBERGÆ,
Typis JOHANNIS HAKEN.
M. DC. XXIX.





COLLEGII LOGICI

DISPUTATIO VIII.

De

FIGVRIS ET FORMIS SYLLOGISMORVM,

Item de

FUNDAMENTIS DISCURRENDI ET REGULIS SIVE LEGIBUS CONSEQUENTIARUM,
DE EXPOSITIONE ET REDUCTIONE
SYLLOGISMORUM.

THESES. I.



I figura est legitimus trium terminorum dispositio ad aliquid concludendum. Alias etiam appellatur forma argumentandi.

II. Sunt autem tres figuræ. Prima, quæ perfectissima est & norma reliquarum, Secunda, & Tertia.

III. Prima figura est, in qua termini sic disponuntur, ut medius terminus sit subiectum in maiore propositione, & pradicatum in minore.

IV. Quod sit per quatuor hosce modos 1. Barbara, 2. Celarent,

3. Darii. 4. Ferio, juxta versiculum :

Affirmit A, negat E, sed universaliter ambæ.

Affirmit I, negat O, sed particulariter ambæ.

E. g. Bar O, homo est bipes.

ba O. Rusticus est homo.

ra E. O. Rusticus est bipes

Ce N. Canis est arbor

la O. latrans est canis,

rent E. N. latrans est arbor.

Similiter & termini disponantur in Darii & Ferio.

Nota: Prima figurae proprium est, majorem habere semper universalē, & minorem semper affirmativam, nunquam negativam.

V. Secunda Figura est, in quā medius terminus bis prædicatur, nempe in utrāq; præmissarum ponitur loco prædicati.

VI. Et hoc sit iterum per 4. modos 1. Cesare, 2. Camestres, 3. Festino 4. Baroco.v.g.

Ces N. avarus est vir bonus.

a O. Philosophus est vir bonus.

re. E.N. Philosophus est avarus.

Cam O. pii placent Deo.

es N. hypocritæ placent Deo.

tres, E.N. hypocritæ sunt pii.

Nota: Proprium Secundæ figuræ est, majorem habere universalem, & Conclusionem negativam, unde & unam præmissarum semper habet negativam.

Tertia. gratia. VII. Tertia Figura est, in quā medius terminus bis subiicitur, hoc est, in utrāque præmissarum ponitur loco subjecti.

VIII. Et hæc forma argumentandi sit per 6. modos, ut sunt. 1. Darapti, 2. Felapton, 3. Disamis, 4. Datisi, 5. Bocardo, 6. Ferison.v.g. Dar O. homo est bipes

ap O homo est animal

ti. E. Quoddam animal est bipes.

Similiter in reliquis modis procedes, ut ponas medium terminum loco subjecti, & erit Syllogismus in tertiam Figuram.

Nota: Proprium tertiae figuræ est habere Conclusionem semper particularem, & minorem semper affirmantem.

Canones.

I. Ex maiore particulari nihil sequitur in primâ & secundâ figurâ. In illis enim major semper debet esse Universalis, ut notum est ex modis primæ & secundæ figuræ: Interim in tertiam figurâ nonnunquam fieri potest, ut bona fiat Consequentia ex majore particulari, ut quando syllogismus est in Disamis.

Dis Quidam homo est doctus.

am Omnis homo est animal.

is E. Quoddam animal est doctum.

a. Ex

2. Ex minore negativa in primâ Figurâ nihil sequitur; scilicet per se & formaliter. Minor enim propositio in Syllogismo primæ Figuræ semper & per omnes modos debet esse affirmans, Sic vitiosus est hic:

Omnis Canis latrat.

Quoddam animal non est canis.

E. Quoddam animal non latrat.

Similiter & peccat hic syllogismus :

Omne rationale est animal,

Solus homo est rationalis.

E. Solus homo est animal.

Minor enim virtualiter est negans, ut ex superioribus constat. E-
quipollit enim huic: Nemo nisi homo est rationalis.

3. In Secunda Figura tantum sunt Syllogismi negativi. Nam ex puris affirmativis in Secundâ Figurâ nihil sequitur. Quippe Conclusio semper debet esse negativa. Ergo etiam una præmissarum sit negans oportet. Sic nihil sequitur, si ita quis argumentaretur:

O. homo est bipes

O. avis est bipes

E. O. avis est homo.

Quia syllogismus purè est affirmativus in secundâ Figurâ, a-
deoque vitiosus.

4. In tertia Figura tantum sunt particulares syllogismi: quia Conclusio semper debet esse particularis.

5. In tertia Figura cavendum est, ne mutilatè termini inferantur in Conclusione: hoc est, Integer major & integer minor terminus debent ponni in Conclusione, prout erant in præmissis, Sapè hic peccatur, ut in hoc.

Paulus raptus fuit in cœlum.

Paulus raptus fuit in Paradisum.

E. Paradysus est Cœlum.

Male concluditur, & termini mutilantur; sic enim debebat fieri Conclusio: E. Quidam qui raptus fuit in Paradisum, raptus fuit in cœlum.

Sit hoc simile exemplum,

Fur raptus est in carcerem.

Fur raptus est in forum.

E. Forum est Cancer?

Non ita, sed sic concludi debebat;

E. Quidam, qui raptus est in forum,
raptus is quoq; est in carcerem.

DE

FUNDAMENTIS DISCURRENDI,

ET

REGULISSIVE LEGIBUS CONSE- QUENTIARUM.

IX. Fundamentum omnis discursus est dictum de Omni & Nullo. In affirmativis quidem Syllogismis dictum de Omni, in Negativis dictum de Nullo.

Dictum
de omni.

X. Dictum de omni est, quando nihil licet sumere sub subjecto, de quo non dicatur prædicatum. v. g. ponatur hoc universale:

O. homines sunt Mortales:

Ibi nihil potest sumi sub hominibus, de quo non dicatur mortalitas, nempe illud attributum est omnium omnino hominum. E. quando subsumo Petrum, Paulum, divitem, pauperem, Regem, Principem, Caesarum &c. tunc quoque de illis dici debet, quod sint mortales, quia scilicet omnes homines sunt mortales. E. etiam hic vel ille, vel iste, E. Cæsar, qui est homo, est mortalis.

XI. Et hoc fundamentum discurrendi est natura notum, quia omnibus hominibus à natura implantatum est, ut sub universalis subsument particularia & singularia quæq; v. g. dicit Rusticus:

O. moneta Imperialis est bona.

Atque hic meus thalerus est moneta Imperialis.

Dictum
de Nullo.

Exinde infallibiliter concludit. Ergo hic meus thalerus est bonus.

XII. Dictum de Nullo est, quando nihil sumi potest sub subjecto, de quo non removeatur prædicatum, h.e. quicquid universaliter negatur de omni subiecto, id etiam negatur de quavis parte subjecti, sive de quovis contento sub subjecto, v.g. dico universaliter.

Nulla.

Nulla creatura est ab æterno.

Ergo nec hæc, vel illa, vel ista erit ab æterno. Ergo nec homo, nec Angelus, nec mundus erit ab æterno; Sunt enim creaturæ Dei. Quia igitur de omnibus creaturis negatur æternitas, illa quoque negari debet de omni illo, quod continentur sub creaturis, sive quod est aliqua creatura.

XII. Ex his primis fundamentis naturâ notis oriuntur certæ regulæ, quæ dicuntur *leges Consequentiarum*, quia dirigunt discursum in-

*Leyes Con-
sequentiâ-
rum.*

REGVLE.

1. Quicquid de toto Genere verum est, illud etiam verum est de quavis specie sub illo Genere contentâ: hoc est, quicquid universaliter affirmatur de toto, id etiam affirmatur de parte in toto contentâ. Item, quicquid universaliter negatur de toto, illud etiam negandum est de parte totius. Vocatur autem hoc loco totum id, quod est universale, cuius partes sunt, quæ continentur sub universalis, v. g. dico,

O. corpus est quantum:

Ibi prædicatum esse quantum, dicitur inesse toti corpori, per totam uititudinem omnium corporum, ut ita omni corpori insit, h. e. omni illi, quod est corpus. Ergo jam hoc prædicatum, quantum esse, erit in omnibus partibus corporum. Quæ scilicet sub corpore continentur, quia igitur dico, Cœlum est corpus, ignis est corpus, lapis est corpus &c. ideo etiam dicendum erit, quod illa corpora sint quanta.

2. In bona Consequentia antecedens non potest esse sine consequente v. g. rectè dico: Est homo. E. est animal. Quia antecedens, Est homo, nequit esse sine consequente, esse animal.

3. Vbi antecedens potest esse sine consequente, ibi vitiosa fit consequentia. Sic male colligitur: hic est homo. E. est doctus; quia scilicet antecedens stare potest sine consequente, nempe homo esse potest aliquis, si maximè non sit doctus.

4. Quando negatio consequens repugnat antecedenti, tunc legitima fit consequentia. Canis videt. E. habet oculos. Bona est consequentia,

ita quia negatio consequentis, non habere oculos, repugnat antecedenti nempē τῷ videre.

5. Quando negatio consequentis stare potest cum antecedente, tunc mala arguitur consequentia: ut, bestia est. Ergo est Canis. Malè ita concluditur, quia negatio consequentis, non esse canem, stare potest cum antecedente, bestia. Quippe hæc esse potest, si maximè non sit canis, uti est equus, vel gallina, leo, bos, vacca &c.

DE EXPOSITIONE ET REDUCTIONE SYLLOGISMORUM.

XIII. Hactenus de formâ argumentandi, & consequentiarum legibus. Nunc porro ostendendum erit, quomodo consequentia, quæ non nunquam est obscurior probari soleat, per expositionem & reductionem syllogismorum.

XIV. Expositio est Syllogismus Expositorius, quo per medium aliquod singulare concluditur questio communis. E. Alias appellatur syllogismus Expositorius: Et tantum valet in 3. fig. v. g. si hic syllogismus in tertia Figurâ.

O. homo est bipes.

O. homo est animal.

E. Quidam animal est bipes.

Quæ consequentia in dubium si vocetur, probari & perfici potest in 3. fig. assumendo aliquod exemplum singulare,

Hic Rusticus est bipes.

Hic Rusticus est animal.

E. Quoddam animal est bipes.

Jam prodit eadem conclusio, quæ anteā erat illata per medium commune, & bonitas consequentiarum in priori syllogismo per expositionem fuit demonstrata.

XV. Reductio est transformatio syllogismorum, qua obscurior Syllogismus in magis perspicuum commutatur reducendo ad prim. fig. hoc est Syllogismi secundæ & tertiaræ Figuræ reduci debent ad primum, si eorum consequentia tanquam obscurior in dubium vocetur aut rejiciatur.

XVI. Quod ut fiat, observentur Consonantes, C. M. P. S. in modis secundæ & tertiaræ Figuræ

37. Etenim:

XVII. Etenim: S. notat conversionem simplicem.

P. notat conversionem per accidens.

M. notat transpositionem propositionum.

C. denique designat reductionem ad absurdum.

Ut habetur in communi versiculo:

S. vult simpliciter verti, P. verò per Accid.

M. vult transponi, C. per impossibile duci.

I. g. sit hic syllogismus in tertia figura;

Dar O. canis est quadrupes.

apt. O. canis est bestia.

i. E. Quædam bestia est quadrupes.

Quod si consequentia hujus syllogismi ab aliquo negetur, quasi non sequatur ex præmissis: Quandam bestiam esse quadrupedem: tunc illius consequentiae bonitatem ostendas, reducendo illum syllogismum ad i. fig. E. minorem propositionem, cui præfigitur P. convertas per Accidens, & erit syllogismus in Darii hoc modo:

Dar O canis est quadrupes.

i. Quædam bestia est canis.

i. E. Q. bestia est quadrupes.

Sic ergò Conclusio prioris Syllogismi redit & consequentia satie manifestò sequitur.

Aliud Exemplum ex secunda fig.

Ces N. lapis videt.

ar O. Equus videt.

e. E. N. Equus est lapis.

Reducitur ad primam fig. per simplicem conversionem majoris propositionis, quia illi præfigitur S. in modo CESARE Jam convertatur major ita:

Cel N. videns est lapis,

ar O. Equus videt.

ent. E. N. Equus est lapis.

XIX. Sciendum verò, quod in syllogismis, ubi habetur M. & ita propositiones transponuntur, etiam conclusio debeat converti v.g. sit Syllogismus:

Cam

O

Cam O homo est bipes.
estr N canis est bipes.
es. E. N. canis est homo.

Ibi quia habetur M ante propositionem majorem, ideo illa debet transponi ita ut fiat minor: minor vero & conclusio convertantur simpliciter h. m.

Cel N bipes est Canis.
ar O homo est bipes
ent. E. N. homo est canis.

Similiter se res habet in Disamis, ubi minor propositio ob M, debet transponi v. g.

Dis Quidam homo est doctus.
am Omnis homo est animal.
is. E. Quoddam animal est doctum.

Reducitur ita:

Dar O. homo est animal
i. Quidam doctus est homo.
i.E. Quidam doctus est animal.

XIX. Præterea datur reductio, quæ vocatur ad Impossibile, sive reductio ad absurdum.

XX. Duplex enim solet esse reductio syllogismorum, 1. simplex, quæ ostensiva, & directa appellatur. 2. Obliqua, quæ vocatur reductio ad impossibile & absurdum.

XXI. Reductio ad absurdum est, quando bonitatem syllogismi ostendimus ex negatione conclusionis contraria vel contradictoria. Ibi enim loco conclusionis ponit solet opinio adversarii, per quam negat conclusionem, & ita ex negatione conclusionis elicetur absurdum v. g. sit hic syllogismus.

Ces N. asinus est equus.
ar O. hinniens est equus.
e E. N. hinniens est asinus.

Jam si adversarius negaret illam conclusionem, prætendens quasi non sequatur ex datis præmissis, tunc illa consequentia probari potest per reductionem ad absurdum; scilicet ex mente adversarii sumatur & ponatur negatio v. g. contradictoria conclusionis, & illa cum aliqua præmissaru[m] disponatur hunc in modum:


N. Ag-

N. Asinus est equus.

Q. Hinniens est asinus.

E. Q. hinniens non est equus.

En hæc conclusio est absurdæ & falsæ etiæ adversario quippe contradicit propositioni minori, antea concessæ in priore syllogismo, ibi enim ponebatur Om hinniens est equus quia igitur hæc est concessa & vera, ideo falsa & absurdæ erit Conclusio posterioris syllogismi nempe hæc: Quoddam hinniens non est equus. Impossible enim est, ut illæ duæ contradictoræ sint simul veræ. At jara si Conclusio est absurdæ, necessum est ut una præmissarum, vel major vel minor, sit absurdæ. At vero major non est falsa, quia illam concessit adversarius. E. falsa & absurdæ erit minor, nempe hæc: Q. animal hinniens est asinus. Porro si hæc minor, Q. hinniens est equus, est absurdæ, vera erit ejus contradictoria hæc. N. hinniens est asinus, quæ erat conclusio in priore syllogismo, & ita consequentia prioris syllogismi fuit probata eliciendo absurdum ex destructione vel contradictione conclusionis ab adversario facta.



Ad præstantissimum Dn. Respondentem, Agnatum optimum gratulabundus hæc
scribebam;

Mox jam si properè concendam culmina Pindi,

Nec non Tarpei secula perficiam:

Nil nisi docta feram, in cunctis jam spirat Apollo,

Si modò Mars ferret tempora docta virum,

Laude etenim vivunt artes, & laude vehendi,

Qui sine fine suum tempus in arte locant.

Hoc Agnate tenes, gestus non ultimus esse

Nec tædet tempus ponere in arte tuum.

Dixum mox volvus Natureæ opus atq[ue] recessus,

Mox Logicas mentis colligis inde Deas.

Horum

Horum te merito cultorem Laude beabunt
Musæ, atq; expendent digna brabes tibi.
Perge, pie coptus insta, perferg; laborem,
succendent studiis otia, fama, desus:
Nec pudeat tenerâ Musâ trivisse labellum,
Quo senio solvant pabula grata tuo.
Perge, Agnate, faveat multum tibi turba Novena,
Ut gemines animum, nobilitesq; genus.

Johannes Apelles
Weistadio Fr.




05 A 356



(W/19

Farbkarte #13



COLLEGII LOGICI DISPUTATIO VIII.

De

FIGURIS ET FORMIS SYLLOGISMORUM,

Item de

FUNDAMENTIS DISCURRENDI, ET REGULIS
SIVE LEGIBVS CONSEQUENTIARVM, EX-
POSTIONE, ET REDUCTIONE
SYLLOGISMORVM.

Quam

D. T. O. M. A.

In alma Leucorea

PRAESIDE

Viro Clarissimo & Excellentissimo

DN.M. JOHANNE SCHARFIO

Logicæ & Metaphysicæ P.P. Præceptore, Promoto-
re ac Fautore suo multis nominibus,
et atèm suspicioendo,

Publicè

ventilandam proponit

JOHANNES ADAMUS SAHERUS

CULMBACO - FRANCUS.

Ad diem 29. Augusti horis pomeridianis in Auditorio minore.

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS HAKEN.

M. DC.XXIX.